

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX**

Exegesis Euangelij Marci VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](#)

inquit, pictores, quum imaginem ex imagine pingunt, exemplar identidem respectantes, lineamenta eius transferre conantur magno studio ad suum opificium: ita qui se se meditatur omnibus numeris virtutis absolutum redere, veluti simulachra quædam spirantia & actuosa, sanctorum vitas reflectere oportet, probaque opera illorum sua imitando facere. Hzc ille. Quod nos dilectissimi ita demum exactè prestatibus, si libenter ac studiose vel ipsi legemus, vel ex alijs discemus facta sanctorum, atque non minori studio illorum ambiemus suffragia, ut suis precibus nobis concilient gratiam Dei, qua freti, possimus fortiter illorum vestigijs ingredi, & eo tandem peruenire, quo ipsi felicissime pertingere meruerunt gratia & benignitate Seruatoris nostri, cui cum Patre & Spiritu sancto est omnis honor & gloria in secula seculorum, Amen.

IN FESTO DECOLLATIONIS SANCTI IO.  
annis Baptista, Epistolam cum sua Paraphrasi,  
quare in Festo sanctorum Fabiani & Se-  
bastiani martyrum.

EXEGESIS EVANGELII IN EODEM FESTO.  
Marcii sexto.

**C**rudelissimum facinus hodierna die commemorat Ecclesia, quo in gratiam vilissimæ meretriculæ neci datus est homo sanctissimus, quo nemo fuit maior inter natos mulierum, qui ob maximam ad Christum Dei Filium propinquitatem, vox verbi appellatur, qui sic vixit in terris, ut vita illius omnibus etiam quantumvis iustis exemplo sit: quem deinde ipse Dei Filius tantis extulit encomijs, ut nullum similiter laudasse proberet. Et tamen hic talis & tantus ob fecundissimum adulterum, & saltatricis puellæ iniquam petitionem capite truncatus est, ut qui nascendo, prædicando, baptizando Christi præcursoriem egerat, ageret etiam moriendo. Videamus ipsam rei gestæ historiam, quam post Matthæum plena fide descripsit Marcus Euangelista in hunc modum:

Misit Herodes, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui.

Herodes iste non est idem, qui infantes occidit nato Salvatore, sed huius filius, nihilo patre scelerior, cuius impia facinora & immanem crudelitatem maluit imitari, quam prophetæ & plus quam prophetæ æquissimam & amantissimam obiurgationem recipere. Vicerat enim eum amor impunitus flagitorum adulterum, & dum noluit tartareum astuantis ignem libidinis extinguere, accidit illi quod in Psalmo de impijs dicitur: *uper cecidit ignis, & non viderunt solem*. Non enim potuit lucem veritatis, idest, quid æquum & bonum esset, justo perpendere iudicio, obrutus igni vel potius fumo coniunctus voluptatis, atque ad apprehendendam iustitiam, & profligandam ini-

Acta sancto-  
rum quinam  
imitati de-  
beamus.

quitatem tanto factus est infirmior ac impotentior, quanto semper passus  
est inexplicabilibus insanientis spurceque delectationis nexibus irrem-  
pissimis. Quo vos exemplo instructi dilectissimi, fugite carnis desideria nefanda, et  
dum illa vultus explore, in alia atrociora corrutatis facinora, atque Herodis  
instar ad id usque insaniat deuoluamini, venon solum non feratis rectemmo-  
nentes & ad iustitiae viam reuocare vos volentes, sed etiam persquamini.  
Videtis hunc miserum Herodem libidine superatum rapuisse uxorem fru-  
tris sui, eamque uxoris, imo adulteri loco retinuisse. Quod cum vir Deisan-  
tissimus Christi Baptista Ioannes iustitiae zelo incitatus reprehenderet, que  
adeo id eum ægre tulisse, ut eum in carcere coniecerit. Ex reprehensio-  
ne, unde corrigi debuerat, factus est deterior, & ab adulterijs scelere ad ho-  
miciudium præcepit ruit, addens crimina criminibus: ita ut fieri plerumque  
solet, dum non expiantur statim congrua penitentia quæ perperam admis-  
sa sunt, ut ad peiora fiat progressio. Quod autem tam iniquam ob causam,  
nempe ut possit manere liberier in adulterio, & suæ Herodis adiutari faciat,  
virum sanctissimum homo impurissimum in carcere misit, sic ut  
plurimum Herod simpierat, ita beatissimum Ioannem multo redditus  
didiarem. Simil autem ut ille hic nobis datur exemplum fraternalis  
correptionis, quam etiam Christus a nobis exigit, dicens: Si per egenum in-  
te, id est, te sciente, ut exponit D. Augustinus, frater tuus, corripi illum, &c.  
Et haec fraternalis correptionis est unum ex septem spiritu-  
alibus misericordioperibus, maiorisque apud Deum meriti, quia est posterior actus charitatis, quem  
vel vulnus corpori inflictum curare, vel inopiate geno præbere animoni:  
siquidem haec ad corpus pertinent, illa ad animam, quæ longè præstat cor-  
pori. Nec quisquam est ab huius exhibitione correptionis, quatenus per  
simplicem fit admonitionem, non eam per debitam castigationem sue pun-  
tionem, exceptus: quanquam hodie proh dolor plures sunt ad malum in-  
centores, quam male agentium obiurgatores. Insignis quidam Theologus  
affirmare non dubitat totum penè mundum perire porrissum ob duorum  
violationem præceptorum: quorum alterum est de vitanda luxuria, alterum de corripiendis proximis. Attamen debet in corripiendo haberi ratio  
loci & temporis, curandum ne correptionis ipsa vel iudicicula, vel irridicula,  
vel malitiosa sit, sed discreta, seria ac benigna. Inuenias plerosque tam in  
obiurgando importunos ac incautos, ut dum unum volunt curare vulnus,  
decem peiora infligant. Præcipue autem ad superiores correptionis, arque-  
tiam correptionis subditorum pertinet, quæ si negligatur, omnis disciplina vi-  
gor languescit, & vitia magis ac magis increscunt, sicut & superiores tories  
rei homicidij apud Deum, quoties per debita castigationis negligentiam  
pereunt animæ ipsorum curæ commissa. Sunt vero tria quædam, quæ nos  
merito debeant ad superiorum reprehendenda errata incitare. Primum est,  
crebra scripturae sacræ adhortatio. Secundum, multa plexa, quæ inde sequitur,  
vtilitas, maximè si sint homines bona indolis. Tertium, mala innumerabili:  
qua evenire certum est, dum vitia non reprehenduntur. Porro ipsa ob-  
iurgatio, quæ sit per superiores, primo quidem discreta erit, & cum diligenter  
perscrutacione culpa quam quis est reprehensurus coniuncta. Secundo,  
ordinata, ut peccatum occultum occulere, publicum manifeste corripiatur.

Matth. 18.  
Augustin.  
Correptionis  
fraterna quæ-  
si sit merita.

Quoniam in-  
ob præceptio-  
rum omisso-  
nem totus  
penitentia  
modus  
intereat.  
Correptionis  
fraterna quo-  
modo fieri  
debeat, &  
per quos.

Quoniam in-  
cident homi-  
nes ad corre-  
ptionem fra-  
ternam.  
Obiurgatio  
per superiori-  
tes quinam  
fieri debeat  
& quomodo.

Tertio, ex amore proficetur. Quarto, cum compassione conjuncta erit. Quinto, adiumentam habebit benevolentiam. Sexto, mansuetudinem, patienciam & modestiam comites tenebit. Si quis hac de re plura velit nosse, legat scripta doctorum. Certe Baptista Domini maluit vitam suam mortis discrimini obijcere, quam non obiurgare saeuissimi licet tyranni sacrilegam temeritatem, qua proprii fratri non est veritus vxorem apud se detinere in summam Dei & fratri iniuriam, ac plurimorum scandalum. Itaque dicebat illi fidenter: Non licet tibi neque diuino, neque naturali iure habere vxorem fratri tui vi illi ablatam. Sed hac reprehensione Herodis pariter ac Herodiadis insaniam prouocat. Sequitur enim:

Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat Ioannem, sciens cum virum iustum & sanctum, & custodiebat eum: & audito eo multa faciebat, & libenter audiebat eum.

Excrabilis foemina significans se incestis delectari nuptijs, sanctum Ioannem è medio per infidias tollere nitebatur, verita ne illius verbis forte correctus Herodes ipsam repudiaret. Sed non poterat ante tempus à D:o definitum. Hieron. Quis enim possit cuiquam nocere Deum timenti, & diuini munitione auxilij protecto? Matthæus scribit: Herodem quoque voluisse occidere S. Ioannem, sed timuisse populum. Iam corde homicidium moliebatur, nihil timens Deum, sed reipsa perfidere non auder, timens populum. O Matth. 14. Herodes verè hypocritam, quem à scelere non Dei, sed hominum timor retraxit. istè quantus fuerit hypo- Quod ergo hic dicit Marcus metuuisse eum Ioannem, &c. fortassis simulata crita- gessit, vt solent qui se hominibus venditant, nec Dei omnia cernentis fa-

cerunt. Vel forsitan istiusmodi erat erga Ioannem antequam ad illi-  
tas nuptias aspirasset. Quid enim ille ob hominem unum intermitteret,  
an quid hominem quamlibet sanctum formidaret, qui tam scelerato fere  
adulterio obstrinxerat, nisi quodeo solo nomine metuit Ioannem, quod  
timaret populum optimè de Ioanne sentientem, si quid illi nocuisset: Verum  
vixitque se res habeat, sive ex animo, sive similitate Ioannem timuerit, ta-  
men vicit amor adulteri. Vnde:

Quum dies opportunus accidisset Herodi natalis sui, co-  
nam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilæo.

Dies opportunus idcirco forsitan dicitur, quod cum commodissime sibi  
visus est prophetæ necem animo diu conceptam & concupitam perfidere  
posse. Ideoque vocat principes, & tribunos, & primos Galilæos, ijsque audi-  
entibus iurat pueri & filii Herodiadis, sciens eam petituram prophetæ inter-  
encionem, volensq; testes habere principes Galilæos si non odij causa, sed  
ob iusserandum prophetam occidisse, sicque per illos facile populo excusa-  
tum purgatumq; fere redderet. Celebrat ergo natalem suum, vt luxuri-  
sum prophanumq; conuiuum etiam sanctissimi viri crudeli homicidio  
redderet sceleratus, nec tamen apud homines incurret suspicionem aut  
notam criminis, sed ex religione fecisse videretur quicquid egisset. Sed nun-

quid homo versipellis Deum fecellit? O quam misera & infelix illa consolatio est, hominibus sese purgatum efficere, & conscientia criminis intus viri & excruciaris?

Cumque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & plauisset Herodi, simulque recumbentibus, rex ait puella: Pete a me quod vis, & dabo tibi. Et iuravit illi: quia quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei.

Saltat filia matris viperæ, non temerè sanè, nec vulgari pretio, sed proprie viri sanctissimi, ut nefaria saltandi petulantia impium reportare & crudele præmium, & quod neque Herodis sœua tyraonis, nec Herodiadis multijuges infidæ obtinere poterant, puella impurissima lasciva saltatione impetraret. O quis inquam verbis illis consequi poslit, quot mala proficiunt ex hac pessima choreas ducendi consuetudine, quæ tamen apud Christianos ita penitus inueterauit ac inoleuit, ut quasi pro lege haberent?

**Choreæ** quæ  
sunt hoc tem-  
pore com-  
munes & im-  
putæ ac ob-  
fœcæ.

**Adversus**  
choras audi-  
libidinem re-  
medium sta-  
bile.

**Iurasse Her-**  
**odem ex indu-**  
**stria.**

**Coniuia lu-**  
**xutiofa quæ-**  
**to studio ca-**  
**udea.**

Nec satis est miseris ac deploratis hominibus simpliciter choreas duxisse, sed omnigena adhibent libidinis irritamenta, quibus fasciantur animi miserorum, & mortiferis conficiuntur vulneribus. Tot libidinosi contetus, torporensia oscula, tot tantaquæ etiam mortisera iunguntur choreas discrimina, quasi non satis superq; ex sese proclives sint homines ad peccandum, nisi etiam de industria prouocentur. Hac de re terribilia multa scribunt viri sancti, ad quæ nos lectorem remittimus. Vt inam Christus Iesus id nostris in cordibus efficiat, ut postpositis huiusmodi diaboli pompis & ludibrijs, quæ Christianæ gratuitati conueniant potius sectetur. Christiani manibus & pedibus cruci suffixus est, & nos delectat choreas ducere. Si Christi membra sumus, caput nostrum imitemur. Cogitemus nos hic exules a gere, nec ob aliud aliquid hic esse, nisi ut lacrymis & penitentia concuua Deum peccatis nostris offensum nobis conciliemus. Pudeat nos similes esse filiæ Herodiadis, quæ saltando hominis excellentissimi mortem obtinuit. Tantum infelix illa efficeret saltandi turpitudine, ut rex illi promitteret se daturum ei quicquid postulasset, idq; etiam adhibito iurando. Non tamen id casu rex ille impius fecit, sed iam ante cum sua adultera ita rem composuerat, ut filia saltaret, & à rege prouocata peteret caput Baptista. Nec soli regi placuit, sed & alijs simili recumbentibus. Siquidem petulanter sese gerens, facile omnes in sui admirationem & amorem raptuit, quare effectum est, ut ipsi hospires siue coniuia necis prophete rei essent, quando regi eam imperanti eti fortassis non animis, tamen silendo & non reprehendendo consenserunt. O caueant tandem Christiani animi suarum discrimina, vident luxuriosa coniuia, vident chorearum periculofam petulantiam, & cum Christo semper vieturi in celis, temporaria despiciant oblectamenta. Videamus nunc quid filia Herodiadis pro saltationis præmio petierit.

Quæ quum exisset, dixit matri sua. Quid petam? At illa dicit: Caput Ioannis Baptistæ. Cumque introisset statim cum festina-

festinatione ad regem, petiuit, dicens: Volo ut protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptis<sup>tæ</sup>.

Quare exit consultura matrem, nisi quia iam ante sic inter se conuenerat, vt & rex promitteret, & filia à matre prophetæ mortem sibi consilium quereret, atque ita vir sanctissimus neci quidem daretur, non tamen videatur alia, quam religionis causa, vt ante dixi, occisus? Alioqui poterat filia, non consulta genitrix, petere quipiam à rege: sed consulit ante matrem tanquam ab illa præmonita, & matris impia voluntate perspecta, festinabunda tanquam & ipsa iam reprehensionum sancti viri pertusa, & eius interitum audiē cupiens redit ad regem, protinusque sibi caput sancti Joannis in disco afferrari iubet. O dignum saltationis præmium. Vel nunc tandem discant Christiani odire saltandi libidinem, quæ tulit è medio virum, quo teste Christo, in natis mulierum nemo maior fuit.

Math. ii.  
Lucas 7.

Et contristatus est rex.

Contristatus est simula<sup>c</sup>e, non ex animo. Si enim matris aut patris necem postulasset filia Herodiadis, vtique non ascensisset.

Propter iusurandum, & propter simul discumbentes noluit eam contristare.

Opportune hoc loco de iurandi temeritate nonnihil dicendum venit. Iurauit Herodes, sed temere, & tamen iurisurandi religione velut obstratum se simulans coram hominibus, crudel facinus perpetravit. Et nunc usque adeo frequens est iurandi vsus apud homines, vt pene nihil absque iuramentis proferatur. Si quis eos reprehendat, dicunt licitum id esse, eo quod verum dicant. Et tamen stiam in rebus falsis sæpè iuramentum adhibent. Quod si etiam verum dicant, non tamen propterea fas est absque iusta causa iuramento dicta firmare. Christus ipse dicit: Sit sermo vester, est iurare verum, non quod his amplius est, à malo est: Attendant hec quos iurare delectat. O terque quaterque execrandum hominum improbitatem, qui tam sunt ad impiæ iurandum proclives, vt ad singula proprie verba Christi mortem & vulnera non sine graui blasphemia commenorent, tantoque sibi magis placeant, quanto per hac alijs eiusdem impietas studiois sese mactantur. Et quis nesciat hac iurandi astiduitate & licentia eo deuoli homines, vt sæpissimè etiam ad mendacia confirmanda iuramentis iurantur? Qui si sibi vim quandam adferrent, discerentque simplici vel affirmatione vel negatione esse contenti, procul semper abessent à falsa iuratione. Non enim propterea maiorem suis dictis fidem conciliant, quod facile iurant: imo hoc ipso omnem sibi fidem detrahunt, maximè si vel semel sint falsum iurasse deprehensi. Nihil quidem esset optandum magis, quam frequentissimam Christi & passionis ac vulnerum eius mentionem haberi apud Christianos: sed ea non nisi iurando & blasphemando commemorare, vt iam faciunt passim miseri & omni lachrymarum fonte plangendi homunciones, id verò tam immane ac execrandum est scelus, vt extremo iure proiam iurandi sit supplicio vindicandum. Et tamen qui hodie iurare impiæ non audet, ludibriis apud amentes habetur. Sed nihil consultius, quantumuis id agerem  
Aduersus im-  
munciones, id verò tam immane ac execrandum est scelus, vt extremo iure proiam iurandi  
sit supplicio vindicandum. Et tamen qui hodie iurare impiæ non audet, lu-  
dibrio, apud amentes habetur. Sed nihil consultius, quantumuis id agerem  
remedium.

aaaa capiant

capiant membra & mancipia diaboli, quam omnem omnino vitare iurandi speciem, nisi quando id fortassis iustitia aut recta ratio exigit, et quae contentam simplici vel affirmatione vel negatione. Ita consultetiam magnus ille Basilius, scribens in hæc verba? Non facta est res? negatio sequatur facta est? consensu firmetur. Circa illam verborum implicationem ad illud respiciens ipsam per se veritatem studeto exprimere, simplici ac nuda usus assensione. Qui vero sic affirmanti minime crediderit, ipse videlicet damnum sentiet incredulitatis. Turpe enim & omnino stultum, se se vobis indignum accusare, & ad iuramenti securitatem confugere. Multa sunt apud sanctos patres aduersus iurandi perniciosam & improbam consuetudinem, quæ hic commemorare longum foret. Breuiter, qui suæ salutis cultum cupiet, abstineat à iuramentis, ne reus sit violati præcepti illius: Non assumes nomen Dei tui in vanum. In quod utique peccatur, non solum falso, sed etiam frivoole iurando. Extant apud Diuum Chrysostomum perplures Homilia, vbi satirice compescit homines à iurandi vicio. Sed durum est, inquis, vincere malam consuetudinem. Imo vero durum est & longe durissimum viri mala conscientia, & deinde æternis vexari supplicijs. Verum his de iuramento vitando dictis, ad Euangelium redamus.

Execrabilis Herodes, ut sub occasione pietatis impius fieret, propter infundandum, & propter simul recumbentes, noluit pueram contristare. Ohominem nefarium, qui ne pueram contristet, imo ut suæ & matris & pueri libidini satisfaciat, crudelissimum perpetrare homicidium non vereatur. Quanto satius fuisse audire recta monentem virum Dei, & potius sacrificium Herodiadem, impuramque filiam illius contristare, quam illis contentiendo, seipsum perdere, & Deum offendere? Multos hodieg habet Herodes imitatores sui, qui malint Deo displicere quam hominibus. Sed veniet illa dies, quando se oportebunt omnibus displicuisse hominibus, viri solidi Deo placecent.

Sed misso confestim spiculatore, præcepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matre sua. Quo auditio, discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento.

O impietas, o crudelitas, o audax facinus, o immane sacrilegium, inflatus decollatur, sic caput eius lubricæ saltationis precium, in disco afferatur, conuinis apponitur, grande quidem ferculum, sed visu horrendum. Pulcherrimè hac de re scribit Chrysostomus in hunc modum: Hodie nobis Ioanna virtus, Herodis feritas quam refertur, concussa sunt viscera, corde tremuerunt, caligauit visus, hebuit intellectus, a fugit auditus. Aut quid constat in sensibus humanis, quando perdit virtutum magnitudinem, criminum magnitudinem? Ioannes schola virtutum, magisterium vitae, sanctitatis forma, norma iustitiae, virginitatis speculum, pudicitiae titulus, castitatis exemplum, penitentiae via, peccatorum venia, fidei disciplina. Ioannes ma-

## Basilius.

Inserio m  
dini: op z  
cept. P. hi  
bitan.  
Exod. 20.  
Leuit. 17.  
Deuter. 5.  
Chrysoft.

Imitatores  
quos hodie  
plures hab  
ant etiæ impius  
Herodes.

## Chrysoft.

Ioannis Bap  
titæ encomiū  
excellens.

ior homine, par angelis, legis summa, Euangelij sanctio, Apostolorum vox, silentium prophetarum, lucerna mundi, precursor iudicis, Christi meditator, Domini testis, totius medius Trinitatis. Et hic tunc datur incestui, traditur adulteri, addicitur saltatrici. Hec Chrysostomus. Ita nimis suenit amicis Dei, ut persecutiones patiantur ab impijs, quo tanto fine Deo chariores atque coniunctiores in cælis, quanto illi persérendis malis fuerint similiores in terris. Sed quid sibi vult, quod confessim misit spiculatorem Herodes, nisi quod hoc ipso cursus subindicat lætari se reportat tandem occasione, qua posset virum sanctum extingueri? Nec moras necit: simulata paululum tristitia, mox carnificem mittit, ut secto capite, habeat in sua potestate linguan illam verè igneam, cuius feruentissimis reprehensionibus tanquam flammis quibusdam vestrum se nouerat. O quanto rectius prospexit sibi, tum ipse, tum adultera illa & filia nefaria, si ad viri sanctissimi amicas & iustas admonitiones secesserent, suam perspexissent turpitudinem, Dei horrenda iudicia timuerint, timendo auertissent, & cuius sententiam se norant effugere non posse, maluissent sibi conciliare misericordiam, & mitissimum potius experiri ac indulgentissimum patrem, quam exactissimum & severissimum judicem. Sed delectabat eos iniquitas, cuius amore factum est, ut odio illis esset veritas, innocentia, iustitia, integritas. Ex quia noluerunt ex se profigare tantum iniquum amorem, fondamque delectationem, vsque adeo in eis excrevit earum quas diximus virtutem odium, ut propter eas in beatissimi patriarchæ Ioannis necem conspirarent: quam eti summa cum voluptate tandem compleuerint, tame nihil illi sancto nocuere viro: at sibi ipsi tanta compararunt eaque nunquam finienda supplicia, ut ea mens humana capere non possit. Datum est autem caput sanctissimum primum pueræ, ut haberet quod petierat saltationis precium: illa porro dedit illud matri, ut & ipsa optato insidiarum suarum sine se potitam lætaretur. Denique à discipulis corpus sepulturæ datum est, in extremo die summa cum gloria resurrectum, & Herodi ac Herodiadi filiæque saltatrici acriter insultaturum. Strabunt enim iusti in sapientia magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores illorum.

## SERMO IN EADEM FESTIVITATE.

Ut semper Ecclesia persecutionibus creuerit, & de amore priuato, ac de signis quibusdam amoris ferventis, tam carnis, quam diuinis.

**N**ISI granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, Ioannis duodecimo. Sicut ex morte Christi fratres charissimi, innumeræ exitit turba credentium, ita eiusdem Domini Iesu virtute & beneficio factum est, ut mors preciosa martyrum & sanctorum eius in magnos creuerit cumulos fidelium. Non enim extinguiri potuit religio Christiana vñquam persecutione tyrannorum, & iniusta nece innocentium, sed magnis semper est aucta incrementis. Exemplum habemus in beatissimo domini Baptista Ioanne, cuius sacro martyrio hic dies consecratus est, quem Herodes rex impius pro pietate peremptum optauit penitus ex hominibus.

aaaa 2 minum